

debitum exigatur, &c. e. de appell. ex cuius text. ver-
bis ibi, mox debitum exigatur, &c. clarè apparet subla-
tam esse, & exclusam appellationem. Istæ namque di-
ctiones (mox, statim, protinus, incontinenti, illico, con-
festim) sine ulla ludificatione, & sine ulla procrastina-
tione, & quolibet harum excludit appellationem, quia
sunt verba, quæ desiderans celeritatem, Rugiel in
tract. de appell. §. 9. glos. 2. quæst. 18. n. 49. per tot. quem se-
quitur Sigismund. Scaccia de appell. q. 16. limit. 1. n. 59. de
quo dixi latè 2. part. cap. 8. n. 124. cum seqq. l. si contra,
eod. tit. ibi, rector provincie animadvertenti, res judi-
catas exequi curabit, & l. fin. §. illud, ibi & sententiam
contra eum latam in suo robore durare, & ad effectum
perduci, tamquam si ab initio minimè fuerit provocatum,
&c. de tempor. appell.
90 Quæ quidem verba pariter appellationem exclu-
dunt, si credimus Rugiello in tractatu de appellat. §. 2.
glos. 2. n. 2. vers. igitur. Sigismund. Scaccia in eodem tractatu
de appellat. quæst. 16. limit. 1. sub n. 28. & 29. & idem
Rugiell. §. 9. glos. 1. num. 4. Contar. in l. unica, in notab. ...
n. 18. cum seqq. usque ad n. 25. C. si de momen. Aguil.
cons. 86. de tribus, n. 7. lib. 1. Ill. in consil. 187. circa primum
num. 2. lib. 2. dum affirmat, quod per hæc verba in
dispositione prolata (sententia firma maneat, & execu-
tionis initiatur) vel etiam per hæc altera (sententia
fortiatur effectum suum) censeri, appellationem subla-
tam, quoad suspensivum, videndus etiam Joseph. Lud.
decis. Perus. 20. consil. 18. & num. 20. & est text. in l. unica
C. si de momen. poss. de quibus nos latius diximus 2. p.
cap. 8. n. 204. cum multis seqq.
92 Maximèque ex dictis videtur sublata appellatio,
cum per desertionem sententia transit in rem judica-
tam, quæ executionem duntaxat expectat, l. post rem
judic. ff. de re jud. à quia non appellari jura clamant, l. ab
execut. C. quorum appell. non recip. l. ab executore, ff. de
appell. dicemus infra latè 4. p. maximè cum singat lex ab
initio non fuisse appellatum, text. in cap. dilectus in fin.
ibi, cujus sententia transit in rem judicatam, cum in-
tra decem dies non fuerit legitima provocatione sus-
pensa. de electione, text. in e. quoad consultationem, de
sent. & re jud. ubi quod cum post decem dierum spa-
tium in autoritate rei transierit judicæ, &c. facit
etiam text. in d. clem. sicut de appell. probatur etiam in
text. elegant. in e. personas 4. in ord. de appell. ibi, ex
tunc iudicio suo super iis quæ in questione vertuntur,
sine contradictione aliqua stare, compellas, &c. &
quando in aliquo casu à jure removeretur contradicto,
appellatio etiam remota censetur, Gonzal. de alternat.
glos. 9. in annot. sub n. 218. Decius in d. c. personas, in 4.
notab. Lancelot. Robert, de attent. 2. p. c. 12. limit. 8. n. 4.
& nos supra hæc 3. p. c. 11. n. 39. & 2. p. c. 8. à n. 107.
95 Quod probant Doctores, & ego ex hoc text. qui po-
nit duos casus diversos. Primo casu dicit: sine contra-
dictione aliqua stare compellas, &c. & in secundo au-
tem dicit: ex tunc sententiæ suæ (sicut de alio casu dixi-
mus) appellatio remota parere constringas, &c.
cum nihil in alio casu de appellationis remotione dix-
erit, sed de contradictione duntaxat, & tamen se ipsum
Pontifex declarat, ut illa verba contradictione remo-
ta intelligantur: idemque operentur, quod & appel-

latione remota, cum nulla sit major contradictio quam
appellatio, supra dixi n. 33.
Denique probatur hæc pars ex text. in e. cum sit Ro-
mana 5. de appell. ibi, intra quod si is, qui appellaverit,
causam appellationis non fuerit prosequutus, tenebit
sententia, si post sententiam appellaverit, & causa sua
cecidisse videtur, nec amplius super eodem negotio au-
diatur appellans, &c. nam regulariter verum est, quod
qui terminum sibi ad aliquid faciendum præfixum la-
bi permittit, censetur renuntiare, & non potest, nec
agendo, nec expediendo audiri, tradit Joan. Cephal.
consil. 201. n. 4. l. 2. & consil. 202. n. 18. eod. lib. 2. Cassia-
dor. dec. 4. in attent. n. 3. de dilatio. Vestr. in prax. Romana
Cnria lib. 8. cap. 4. n. 21. Annot. ad Aguid. n. 108. sed
ubi à jure aliqua causa denegatur audientia, appella-
tio etiam denegata censetur, latissime diximus & post
plurimos probavimus supra 2. p. cap. 8. à prin. usque ad
fin. ergo evidenter sequitur in nostro casu, cum super
desertione, & causa princ. denegatur audientia, appel-
latio remota intelligatur.
Uno fundamento voluit hanc nostram opinionem
cōprobare Amad. Rodrig. in d. c. 1. nempe; quod cum
hodie ex Concilio Trident. sess. 24. de reform. cap. 20. &
concl. 13. c. 1. sit prohibita appellatio ab interlocutoria
sententia, nisi ab ea quæ contineat damnum irrepara-
bile, & sic arguit ille, cum sententia super desertione sit
interlocutoria, ergo non potest appellari. Sed miror
tanti viri non attendentis, quod Trid. in d. locis per-
miserit appellationem ab interlocutoria, vim definiti-
væ habente, pro ut ista lata super desertione est, ut
probant Philip. Fran. in e. ex ratione de appell. Lamfran. in
e. quoniam contra n. 114. de probat. & plurimos citavimus
suo loco, & quod habeat etiam damnum irreparabile,
dubitavit nemo, sicuti aliam sententiam definitivam
post se non expectet, per cujus appellationem possit
reparari, & ita defende hanc opinionem nostram ex
supradictis fundamentis, à nobis consideratis, qui-
bus speciales rationes excludendæ appellationis hoc
consideravimus casu.
Circa materiam autem desertionis, quemadmodum
sententia, cujus sit appellatio deserta, executioni sit
mandanda, quid ab interlocutoria, & quid à definitiva,
quid in iudice de legato, quid in ordinario, quid ubi
adest impedimentum, & quemadmodum id constare
debeat, & quemadmodum deservit debeat apparere, &
quid quando est lapsus terminus juris, si v. judicis, &
quid si commissio fuit expedita licet non præsentata,
& de pluribus difficultatibus materiam desertionis spe-
ctantibus (quas nos omittimus, quia non pertinet)
vide latè & effatim per Lancelot. Robert. de attent. 2. p.
cap. 12. ampliat. 1. per totam, & quis iudicium, an supe-
rior, an inferior teneatur super desertione cognos-
cere, & de ea, si v. tacite, si v. expresse pronuntiare,
distinctè & sigillatim, illativè varios casus congestic
post Lancel. & alios, Scaccia de appell. quæst. 11. art. 5.
per totum, n. 148. cum pluribus seqq. fol. 141. & an iudici à
quo, an iudici ad quem pertineat, rem judicatam exe-
qui, & executoriales expedire, vide eundem post alios
plures casus distinguentem, in eandem quæst. 11. art. 7.
per totum, à num. 162. usque ad n. 138.



TRACTATUS
DE REGIA PROTECTIONE
VI OPPRESSORUM APPELLANTIUM.
PARS QUARTA.

Quæ continentur capita circa violentias attingentes executoriales executores,
& eorum excessus.

CAPUT I.

A præcepto, & expeditione executorialium;
quidve in ea potissimum sit servandum: seu
etiam ab earum commissione facta execu-
tori: an, & quando non deferens appella-
tioni emissæ vim commississe dicitur.

SUMMARIUM.

- 1 Auctor non tractat materiam executionis, sed duntaxat
appellationis ab ea, nempe quando adest excessus.
2 Excessus executionis materia subtilis difficillima,
& indigesta est, & utriusque fori tribunalibus frequens.
3 Executionis tractatus qui cadere.
4 Deus optimus maximus contra Adam statim execu-
toriam sententiam misit.
5 Sententia translata in rem judicatam, vel aliis duo-
bus conformibus mittitur executioni.
6 Sententia in rem judicatam transit ob non emissam
appellationem intra terminum, vel ob eam desertam.
7 In executione ejus sententia privilegiata, cuius appellatio
caret suspensivo effectu, cadere solet excessus, & per
consequens appellatio.
8 Nihil prodesse sententiæ & iudicia, si non esset qui ea
executioni mandat.
9 Appellationi ab expeditione executorialium virtute rei
judicæ an sit deferendum.
Opinionem affirmativam scilicet, esse deferendum, qui
tenuerint, ibid.
10 A præcepto de exequendo tam sententiam quam instru-
menta garantigata, esse licitam appellationem, qui
assistent.
11 Ab expeditione executorialium & præcepto de exequen-
do tam rem judicatam, quam instrumenta, &c. non
esse licitam appellationem, ut verior opinio resolvitur.
12 Executio rei judicæ & instrumenti garantigati
equiparantur à jure.
13 De executione sententiæ ad executionem instrumenti
guarantigati; licitum est arguere.
14 Ab executorialium expeditione, & præcepto de exe-
quendo vigore rei judicæ appellationi non esse de-
ferendum, omnium ferè concurs & sententia.
15 Ab expeditione executorialium vigore trium conformi-
um non esse licitam appellationem, citra dubium est.
16 Ab executione appellationi emissæ iudex non deferens,
vim non faciet.
Salgado de proteg. Reg.

- 17 Executorialium expeditio plus non gravat, & ideo non
appellatur.
18 Executio dicitur de appendicibus.
19 Executorialium expeditio est par executionis, & ipsius
atque sententiæ declaratio.
20 Pronuntiatio de exequendo dicitur executio, licet non
mera.
21 Executio si sit una sententiæ alterius, si non potest
appellari à prima, pariter nec à secunda illius exe-
cutiva.
22 Executorialium expeditio, & decretum de exequendo
sit in executione rei judicæ.
23 Ab executione non appellatur, quia plus quam senten-
tentiæ non gravat, ita nec ab expeditione executor-
ialium, quia plus quam ipsa executio non gravat.
24 Ab interlocutoria de admittendis articulis si non est
appellatum, nec poterit postea appellari ab ipsa ac-
tualis admissibne, & de ratione.
25 Executor mandatum implens non est qui gravat, sed
mandans.
26 A sententiæ, qua quis non gravatur, non appellatur.
27 Appellans ab executione rei judicæ præsupponit, ante-
cedens validum, & negat consequens, scilicet, exe-
cutionem, & ideo nihil agit.
28 Executio inducta est, ut lites consequantur finem, neq;
immortales reddantur.
29 Finem numquam assequerentur lites, si ab executoria-
lium expeditione daretur appellatio.
30 Prohibitio uno, probetur omne, per quod pervenitur
ad illud.
31 Ab expeditione executorialium appellatio admittitur,
si rationabilem causam habeat expressam.
32 Executorialium expeditio ante rem judicatam, & intra
terminum ad appellandum, appellationem suspensi-
vam recipit.
33 Sententiæ de exequendo est executio, & sic non facien-
da ante rem judicatam, & intra terminum ad licitè
appellandum.
34 Executori dato ad exequendam sententiam legitima
appellatione suspensam, non est permittenda executio.
35 Executorialium expeditio continens novum aliud gra-
vamen ultra rem judicatam, admittit appellationem
suspensivam.
36 Executorialium expeditio decreta contra alium in re
judicata non comprehensum, recipit appellationem.
37 & 42. Executorialium expeditio facta parte non ci-
tata admittit appellationem.
38 Executorialium expeditio, ut per appellationem sus-
pendatur, debet rationabilis causa in scriptis exprimi.
39 Executoriales sunt quoddam instrumentum à Notario
confectum.

- confectum summam actorum continens, victori ad exequendum tradendum.
- 40 Executorialibus moribus inducta, idem est in effectu quoad mandatum executivum.
 - 41 Executoriales expediuntur stante re iudicata, non tamen mandatum executivum, quod si secus fiat, Rota sustinet dum rite sit expeditum.
 - 42 Executorialium expeditionem debet precedere citatio ad videndum illas relaxari.
 - 43 Executoriales expediuntur etiā in domo auditoris Rote.
 - 44 Executoriales expedita absque citatione recipiunt appellationem suspensivam.
 - 45 Cui sex ampliationes adjiciuntur.
 - 46 Citatio an sit necessaria in relaxatione mandati vigore sententia, varia sunt opiniones remissive, ubi resolutio.
 - 47 Executorialium expeditionem requirere citationem, ubi datur iudicis rei, aut an litigantis mutatio sine controversa est.
 - 48 Executorialium expeditio requirit processus reproductionem, alias si negetur negatur executio, & seqq.
 - 49 Sententia valde antiqua presumitur, rite & recte lata fuisse.
 - 50 Sententia valde antiqua que dicatur, ut sine processu possint executoriales expediti, remissive.
 - 51 Executoriales in primis debent continere sententias, seu sententiam.
 - 52 Sententia inserta in executorialibus facit fidem, quia sunt acta judicialia.
 - 53 Executor sententia non est antea ad ejus executionem deveniendus, quam sibi sententia legitime constet.
 - 54 Sententia non dicitur constare, etiamsi ejus tenor referatur in executorialibus Papa per relationem partis, quia ipsa sententia adhuc debet doceri.
 - 55 Dictiones (juxta, secundum, & similes in gratia, seu privilegio stant causative, in justitia, rescripto autem conditionaliter.
 - 56 Executoriales ut per se fidem faciant de sententiam, debet in aliis inseri de verbo ad verbum.
 - 57 In executione sententia semper ejus verba ponderanda sunt.
 - 58 Executoriales ut probent mandatum procuratorium totus ejus tenor de verbo ad verbum est inferendus.
 - 59 Mandatum inferendum de verbo ad verbum in sententia aliisve actibus judicialibus, fidem facit, sicut ipsum originale.
 - 60 Mandatum incertum per relationem enumerationem notarij non de verbo ad verbum, non probat, si negetur.
 - 61 Etiamsi Notarius attestatur, se vidisse, & legisse. Et etiamsi dicat, ut constat ex instrumento per me fieri rogatum confecto, ibid.
 - 62 Executorialibus inseri solent libelli actionum & exceptionum, & alia munimenta qua ad executionem magis congruant.
 - 63 Executorialibus inferendus de verbo ad verbum libellus Actoris, cum ejus probatio requiratur scripturam.
 - 64 Executorialibus inseri libellum rei, ut constat de litis testatione, non requiritur, clem. sufficit enuntiatio litis contestationis.
 - 65 Executorialibus libellus exceptionum erit inferendus, ut appareat an opposita executioni sint admittenda, vel non, jam super illis iudicatum.
 - 66 Executorialibus citatio inferenda est, ut appareat tertius possessor, & oppositor fuerit citatus, & quibus officiant executoriales.
 - 67 Executorialibus sunt inferenda omnia, qua excludant exceptiones oppositas ad impediendum executionem, ut extrinseca alia excusetur probatio nempe actorum exhibitorio.
 - 68 Ad processum etiam lite finita probant, & vim retinet.
 - 69 Causa, qua sit actum in iudicio, & iudicis intentio ut constat, interrogatoria & alia inseruntur in executorialibus.
- 70 Executorialibus inseri solent testes melius probantes rei estimationem, valorem & bonorum liquidationem reservatam executioni, ut alia excusetur.
 - 71 Executio si ab eodem iudice sit facienda, parvi refert executoriales conscribere, cum sufficiat sola sententia à Notario signata publica forma.
 - 72 Executoriales Romana in Curia expedita, ante executionem earum requiritur citatio partis de inviolabili Rota stylo.
 - 73 Executio vigore executorialium non inimitarum capitulo, sed quibusdam canonici non congregatis, capitulariter est attentata, & quando tunc valeat.
 - 74 Executorialium cum intimatione sit in Rota reproducio, ubi ante actualem executionem & declarationem inersus censurarum quatuor termini servantur.
 - 75 Executio & possessio capta vigore executorialium ante intimationem, & eju reproductionem est attentata, & nulla.
 - 76 Executio est nulla nisi inimentur executoriales lata contra unum alteri possessori resignatorio, vigore clausula resignationis gratiose, etiam quoad possessionem, qua actualiter reperitur.
 - 77 Dispositio de intruso loquens procedit in accipiente possessionem ex executorialibus non servandis.
 - 78 Executoriales obtinens vigore trium conformium contra intrusum, si reperitur in possessione per viginti annos, etiamsi non appareat de intimatione & terminis servatis, non dicitur attentata possessio.
 - 79 Ratio est, quia presumitur omnia solemniter acta per spatium viginti annorum, condemnatum intrusum post sententias dimisisse possessionem.
 - 80 Collatio facta per Episcopum excommunicatum vigore, executorialium, tamen nondum declaratum valet.
 - 81 Condemnatus anteaquam declaratur vigore executorialium pramittit Rota quatuor citationes, ut doceat cur illis non paruerit.
 - 82 Auditor Camera licet sit executor sententiarum, tamen executoriales à Rota intimate non possunt produci coram Auditore ad declaratoriam, nisi ipse expediat monitorium.
 - 83 Et de ratione.
 - 84 Executorialium executio est attentata, quia cum deberent reproduci coram Auditore Rota reproduciuntur coram subexecutore in partibus.
 - 85 Ab executeore exequire executoriales Romana Curia in partibus post intimationem, & ante earum reproductionem in Rota appellationi deferendum esse, declarat Regius Senatus.
 - 86 Romana Curia stylus in expeditione executorialium ac reproductione intimationis non servatur in partibus Hispania, sed jus commune.
 - 87 Et quis Hispania stylus sit.
 - 88 Possessionem capitam, vigore executorialium expeditarum in partibus, & non reproduciarum attentam non esse, determinavit Rota.
 - 89 Stylus Rote extra Curiam non est attendendus, nec ad partes extendendus.
 - 90 A commissione executorialium facta executori, ut illam ad affectum perducatur appellationi non est deferendum.
 - 91 Judex cautus sit, non pronuntiare super sententia exequenda, sed directo committat executionem executori, ut appellatio evitetur.
 - 92 Executionis commissio executionis dicitur pars realis.
 - 93 Executionis extrema à parte ante & à parte post, appellationem excludunt.
 - 94 Medium participat à jurius extremorum, & probatis extremis medium probatum remanet.
 - 95 Quod procedit, quando medium habet conjunctionem cum extremis.
 - 96 Medium ejusdem presumitur natura & conditionis, cuius sunt extrema.

Medium

Medium declaratur ex precedentibus, & subsequenti-

- 98 Executorialibus non indiget sententia absolutoria.
- 99 Absolutoria sententia seipsam exequitur, nec indiget facto iudicis.
- 100 Absolutus statim exceptione rei iudicata tunc est.
- 101 Executoriales imperiti iudices concedunt indistincte.
- 102 Executoriales relaxari ex qualibet sententia etiam negativa, seu absolutoria ubique indistincte practica-
- 103 Executoriales non expediuntur vigore sententia notorie nulla.
- 104 Executoriales expedire quis iudex possit, à quo, an ad quam, qui ultimam translata in rem iudicatam tulit sententiam, quid in delegato, & de aliis pluribus similibus difficultatibus, remissive.

vus tamen tanquam prohibitus ejus executionem non impedit, secundum varietatem casuum à prin. huius tractatus usque nunc, in finemque relatorum, quoniam quantum ad nos attinet, executor talis sententia potest in executione excedere, ac propterea appellati, & tandem cum præfatarum sententiarum executio necessaria sit, juxta illud Philosophi Politicorum 6. c. nihil prodesse rebus iustis iudicia, & sententias dare, nisi essent qui eas executioni mandarent, cui convenit l. 2. §. post originem, ff. de origine juris, c. ubi periculum §. præterea de electione in 6. & in c. unico. §. & quoniam, de statu regula, eodem lib. tex. in c. suscita, de in integ. restitu. quia frustra ferrentur sententia, nisi debita executio ni mandentur, c. quoad consultationem, de re jud. gl. in rub. C. de executione rei jud. iustè iudex pro ea per agentia executoriales decernit.

EXECUTIONIS materiam non tracto, sed executorum executorialium duntaxat: nec illorum amplam; sed quatenus nostrum principalem tractatum, & institutum attingere, constet, ac concernit, quod tunc accidit, cum scilicet, vim faciant, non deferentes appellationi interjecta ab eorum actibus, & processu, & per consequens, subtilem ancipitem, & in supremis inferioribusque (tam secularibus, quam Ecclesiasticis) tribunalibus frequentem, nimisque, & indigestam materiam excessus aggredior. Quam vix hæcenus adeptus est nemo, ejus laborem cum omnes, summa ejus difficultate convicti, perhorruerunt, aufugientes, licet executionis instrumentorum, & aliarum rerum eam merentium plurimi sunt editi, & infiniti tractatus, ut est videre per Bernard. Pandum in tract. de executione instrum. Benedictum de Bar. in tr. quarentigie Frecciam in tract. de presentatione instrum. Anton. de Carrario in tract. de executione instrum. Ant. Massam Galleium in tract. de executione instrum. in forma Camera Matthiam Colerum in tract. de processibus executivis. Roder. Xuar. in repetitione l. post rem jud. ff. de re jud. & ejus additior Valdes Paz. in praxi 4. part. tom. 1. Palad. l. 2. rer. quodid. c. fin. Amad. Rodr. in tract. de execut. & alios ab eisdem relatos ad quos omnes telectorem pro materia remitto in nudis, merisque tractationis nostræ limitibus contentus, cujus principium me jara convocat.

Genesis cap. 3. legimus, ut post culpam Adam condemnatum Deus optimus Maximus eiecit è paradiso suam sententiam itaque mittens executioni statim cap. Adam de pomit. d. 1. ad cuius imitationem sententia in quibusvis iudiciis, tam ordinariis quam extraordinariis summaris aut summariis, late debuit ut consequantur exitum; necessarium ut sortiantur effectum, & ut ad finem suum, tanquam objectum, lites protrahantur. executioni, quotidie mittuntur, non omnes: sed illæ duntaxat, quæ vel aliis duobus conformes sunt, clem. 1. de sentent. & re jud. l. 1. & toto rit. c. ne liceat tertio provocare, ubi Doctores & quæ nos late supra lib. 3. c. 16. à pr. vel ea quæ transierit in rem iudicatam, l. post rem iudicatam, ff. de re jud. l. cum quedam puella, ff. de jurisd. om. jud. l. minor. 25. annis, cui fideicommissum, ff. de minorib. & hoc live quia intra præfinitum ad appellandum juris terminum appellatio non fuerit interposita, c. cum dilectus in fin. de elect. c. quoad consultationem, de sententia & re jud. clem. sicut. de app. vel si interjecta, quia ob non prosecutionem defecta remansit, l. fin. §. illud. c. de tempor. app. tex. in cap. personas. & in c. cum sit Romana de appellationib. l. quoniam nonnulli, l. si contra, C. de app. & nos late supra 3. p. c. fin. ad fin.

Quod extende etiam ad eam sententiam à qua licet permissa sit appellatio quoad devolutivum, suspensivum Salgado de protect. Reg.

Quo supposito in illam incidimus solvendam alterecatam questionem: an iudex Ecclesiasticus vim faciat. non deferens appellationi interposita à præcepto de exequendo, seu expeditione executorialium virtute rei iudicata; & affirmativam scilicet appellationi deferendum esse, omnino tenent gl. in l. 4. ab execut. ff. de cap. & in l. ab execut. B. sub n. 1. & Salicet. sub n. 2. & 3. C. quorum appel. recip. Speculator. in tit. de app. §. in quibus n. 6. vers. & sciis. Socin. regul. 26. appellare ab execut. n. 5. & regul. 24. fall. 2. quam ipse ubi supra communem opinionem esse testatur, & Alex. consil. 113. viso themate n. 9. in fin. quam videtur sequi Roman. consil. 11. in præfati consultatione n. 1. & in l. 5. an pr. & in 4. colum. ff. de verbor. oblig. sequitur addit ad Abbatem in c. quoad consultationem sub num. 30. verbo appellatione, in fin. & præfatas glossas ad hoc allegavit Bart. in l. si cum exceptio §. hac autem ad fin. quod metus causa.

Et generaliter seu indistincte, quod à præcepto, seu decreto de exequendo appellationi sit tanquam licita deferendum tenet, Angel. consil. 112. quidam petii. Sequitur Fel. in c. quoad consultationem n. 13. in fin. n. 14. & 15. vers. sim. 1. de sententia & re jud. Salicet d. l. ab execut. C. quorum app. vers. oppano contra primum, ut dicit Doctores ita communiter tenere, & ibi Joan. Faber. in pr. Bal. in addit. 2. ad Specul. in tit. de app. vers. aliud est, Alb. in c. quoad consultationem vers. concludo ergo de jud. Alex. in consil. 97. vol. 6. Socin. consil. 330. vers. nam licet. Soc. in reg. 26. lim. 5. Joan. de Ana. consil. 26. in pr. Roder. Xuar. in l. post rem, in decla. l. Regn. q. 6. n. 1. & præfatarum glossarum opinionem d. c. ab executione, & in d. l. ab executione, communiter approbari per DD. dicit Decius in c. novit n. 4. de app. & etiam de communi testatur Emilia. consil. 148. magnifice n. 2. Mynsinger. consil. 46. factum tale n. 18. quorum plurimi generaliter loquuntur tam in decreto, & mandato exequendo rem iudicatam, quam instrumentis & aliis dispositionibus executionem merentibus: alii verò indistincte de præcepto exequendo, alii, & major pars in executione instrumenti garantigati dicentes, quod licet non possit appellari ab ipsa executione, poterit tamen appellari à mandato de exequendo, & sic dicendum videtur; appellationem hujusmodi ab expeditione executorialium si iudex non deferat vim faciet omnino.

Sed contrariam sententiam & opinionem, imò appellationi non deferentem, vim nullam facere interpositæ ab expeditione executorialium, & præcepto de exequendo, tam vigore rei iudicata quam instrumenti garantigati, alteriusve dispositionis: longè veriorum, & probabiliorem, communioremque testantur citandi: quam tenent gl. in l. cum exceptione §. hac autem, verbo, datana vers. sed tamen die, ff. de eo quod metus causa. Alberic. in l. ab executione, C. quorum appell. in prin. vers. item tenent & Odofred. vers. si iudex pronuntiat vers. queritur circa legem istam. Bald. in d. l. ab executione, vers. tamen modò quero, ubi Paulo Castrenf. in prin. vers. & advertendum